laudes adulatorias adclamabat ut me cuncte gentes quasi domi
num adorarent ut sinagoga eorumque dudū a xp̄i a nis de
rutaé iuberem ope publicae subleuari quod iubente dn̄o nūquam
ero facturus; O regem admirabilis prudentia clarū sic intel
lexit dolositatem hereticorum ut ei penitus non ualerent sub
ripere quae erant postmodum suggesturi iam enim mediante
epulo rex locutus est saecerdotibus qui aderant dicens.
Rogo ut in domo mea crastina die uestrā promerear benedictio
nem fiatq; mihi salus in ingressu uestro ut ex hoc saluus fiam
cum super me humilem uestrarū benedictionum uerba defluxerin(t)
Haec eo dicente omnes gratias agentes epulo expleto surrex
imus Manae autem facto dū rex loca scōrum orationis gra
tia uisitaret ad metatū nostrū aduenit; Erat enim ibi basi
lica scī auiti abbatis cuius in libro miraculorū meminimus;
Surrexi gauisus fateor ad occursum eius & dicta oratione de
praecor ut in mansione mea eulogias beati martini dignare
tur accipere. Quod ille non respuens benegno animo ingressus
hausto poculo admonitis nobis ad conuiuium laetus abscces
sit, tunc berthramnus burdegalensis eps cum palladio sanc
tonico ualde regi infensus erat, pro susceptione gundoaldi
cui supra meminimus, sed & palladius eps ob hoc maxime regē
incurrerat quod ei saepius fallacias intulissent; Discussi
enim ante paulolū fuerant a reliquis epis & obtimatibus
regis cur gundoaldum suscepissent. cur faustianum aquis
epm ad praeceptionem eius leuissime ordinassent; Sed hanc
causam ordinationis palladius eps a berthramno metro
poli suo auferens super sede uoluit dicens; O culi metropo
lis mei ualde doloribus artabantur & ego spoliatus & con
temptus in eo loco adductus sum non potui aliud facere nisi
quod ille qui omne principatū galliarū se testebatur acci
pere imperabat; Cum haec regi nunctiata fuissent ualde
commotus est ita ut uix obtineri possit ut eos ad con
uiuium prouocaret quos antea non uiderat, Introeunte
itaq; berthramno interrogat rex; Quis iste est; erat
enim quod ab eo uisus non fuerat; Dixeruntque hic est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubhd_cpl864/0192